

## Aduertencias para

Secundo excommunicationem occultam per  
accidens [que quamuis exterius pronuncia-  
ta fuerit probari non potest, nisi per solam  
delinquentis confessionem] habere excō-  
municationem reseruatam, ab eaq; Episco-  
pum absolueri posse, in foro conscientie  
tantum, hoc est q̄ ea absolutio non prodest  
pro foro exteriori, vt dicit Couarr. cap. Al-  
ma. §. II. nu. 16. Henricus Tom. 1. lib. 6.  
de Penitent Sacra. lib. 3. cap. 14. num. 7. &  
noster Emanuel in Sum. 1. p. cap. 128. nu. 4.  
atq; ita quodocunq; fuerit deducta in iu-  
dicium eiusmodi Heresis nihil proderit ab-  
solutum fuisse ab ea, quo minus puniatur, &  
iterum ab Inquisitoribus publice absoluatur.  
Sed dubium est an ab alio crimine He-  
resis fere occulto quod vni vel paucis tes-  
tibus notum est, possit Episcopus vigore dic-  
ti decreti absolvere. Doctor Viualdus in suo  
Candelabro aureo, Tit. de Absolutione nu.  
14. Conc. 2. dicit, q̄ si Heresis esset aliquibus  
notoria, & tamen Episcopo non dicitur,  
nisi in foro penitentie, q̄ posset absolvere  
eos qui impediti sunt, vt non recurrant ad  
Papam ratione morbi, senij, pueritie &c.  
Et refert Nauarro cap. 27. nu. 89. & Co-  
uarr.